

S V M M A  
CONCILIORVM  
ET PONTIFICVM  
A PETRO vsq; ad Paulū tertium  
succinctè complectens omnia,  
quæ alibi sparsim tra-  
dita sunt,

Per. F. Bartholomæum Carranzam Mirandæn. insti-  
tuti sancti Dominici Theologicæ professorem, & regen-  
tem in collegio sancti Grego. in Valle Oletana, nunc  
denuo per ipsummet recognita, & aucta.

Quæ omnia verfa pagella indicabit.

15

49



SALMANTICÆ

Apud Andream de Portonariis.



GREGORIVS GALLVS  
Doctor Theologus Lectori  
Salutem.

**P**ERLEGI, vt potui accu-  
ratissimè, Summam hanc  
Conciliarum: quam meæ  
trutinæ probandam, atq;  
expendendam cōmisit ad-  
modū reuerendus Salmanticensis diœ-  
cesis Vicarius: prius quidem excussam  
Venetiis, & Lydio, vt fertur, lapide pro-  
batam: nunc verò secunda cura cogni-  
tam, & multis haud contēnēdis auētam.  
In qua tam piè, & aptè, vt mea fert op-  
nio, traduntur omnia, vt prorsus nihil  
addi, aut demi citra flagitium queat: ea  
est sanctimonia, eruditio, ac fœcūda bre-  
uitas Authoris. Quare non est profectò  
cur non precemur benè Bartholomæo  
Mirandæ viro inter Dominicanos & re-  
ligiosissimo, & doctissimo: cuius studiū  
ad hunc modum semper fuit, de republi-  
ca Christiana quā optimè mereri. Vale.  
Salmanticæ die. 20. Iulii. Anni. 1549.

# CANONES APOSTOLORVM.

De canonibus Apostolorum varie tradiderunt scriptores ecclesiastici, Alii or.  
ut diligenter annotauit Gratianus in suo volumine decretorum. d. 16. Qui-  
dam in totum reiecerunt tanquam apocryphos. Alii admiscent sexaginta, ut  
Zepherinus Papa scribens Episcopis per Sicilian constitutus. Alii verò quin  
quaginta recipiunt, ut Leo nonius Papa contra epistolam Niceti abbatis.  
Sexta autem synodus recepit, et probavit. 85. in can. 2. prout in Greco, et  
Latinus exemplaribus seruntur. Quam synodus secutus integratos. 85. can. 10  
eius ex Greco, et Latinus codicibus transcripsi.

Can. 1.

**E**piscopus à duobus, aut tribus episcopis ordinetur.

Can. 2.

**P**resbyter ab uno episcopo ordinetur, & diaconus, & re-  
 reliqui clerci. Can. 3. Quid offerendum sit in sacrificio altaris.

Ca. Si archi-  
eps. C. c. Nec  
epi. De tēpo.  
ordina.

Sacrificium  
missæ a diō  
ordinatum.

**S**i quis episcopus, aut presbyter preter ordinationem do-  
mini alia q̄dam in sacrificio offerat super altare, id est,  
aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, & cōfecta quēdam,  
aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra con-  
suetudinem dñi faciēs, congruo tempore deponatur.

Can. 4. Que liceat ad altare offerri.

**O**fferriri non liceat aliquid ad altare pr̄eter nouas spicas,  
& vuas & oleū ad luminaria, & thymiama, id est, incen-  
sum tempore quo sancta celebratur oblatio.

Can. 5. Inter quos primitiæ dividende.

**O**mnia aliorum primitiæ episcopo, & presbyteris do-  
num mittuntur, non super altare. Manifestum est au-  
tē, q̄ episcop⁹, & presbyteri inter diaconos, & reliquos cle-  
ricos cas diuidunt.

Can. 6.

Can. 6. sc̄-  
sus per duo-  
decimū cano-  
nē. 6. symodi-  
i mutatur.

**E**piscopus, aut presbyter uxori propriam nequaq̄ sub-  
E obtentu religionis abijciat. Si vero reiecerit, excōmu-  
nicetur: sed si perseverauerit deiiciatur.

Can. 7.

**E**piscopus, aut presbyter, aut diaconus nequaq̄ secula-  
res curas adsumant: sin autem ejciantur.

Can. 8.

**S**i quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctū pa-  
schæ diem ante vernale æquinoctium cum Iudeis cele-  
brauerit, abijciatur.

Can. 9. Ut omnes ex sacerdotali catalogo facta oblatione communicent.

**S**i quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quili-  
bet ex sacerdotali catalogo facta oblatione nō cōmuni-  
cauerit: aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, veniā con-  
oblatio est.

A 2 seque-

# SVMMA CONCILIORVM

## PONTIFICVM, ALIORVM QVE

sanctorum patrum, succinētē complectens

omnia, quæ alibi sparsim

tradita sunt.

## PETRVS PAPA PRIMVS.



ETRVS Apostolus, & princeps Apo-  
stolorū, natione Galilæus, ex vico Beth  
saïda, filius Ioannis, frater Andrea, pri-  
mo sedit in cathedra episcopatus An-  
thiochiae annis septem. Hinc ingressus  
est in urbem Romanam, Nerone Cæsare,  
ibiq; sedit in cathedra episcopatus an-  
nis. 25. mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem tempo-  
ribus Tiberii Cæsar, & Caii, & Tiberii Claudi, & Nero-  
ni. Hic scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ, & Canoni-  
cæ nominantur, & Euangeliū Marci, quia Marcus audi-  
tor eius fuit, & filius a baptismo. Hic ordinavit duos epi-  
scopos, Linum, & Cletum, qui præsentialiter omne ministe-  
rium sacerdotale in yrbe Roma populo, vel superuenienti-  
bus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatio-  
ne populū erudiens, vacabat. Hic cum Simone Mago mul-  
tas disputationes habuit &c. Idem Petrus beatum Clemens  
tem episcopum consecravit, cui & cathedralm, vel ecclesiam  
omnem dispensendam commisit, (vt resert idem Clemens  
in epistola prima ad Iacobum fratrem Domini) dicens: Si-  
cū mihi gubernandi tradita est a Dño meo Iesu Christo  
potestas Igandi, soluendiq; ita & ego tibi comitto, vt or-  
dines, dispositores diuersarum causarū: per quos actus non  
ecclesiastici profligentur, & tu minime curis seculi deditus  
reperiaris: sed solummodo orationi, & prædicationi ad po-  
pulum vacare stude. Deinde martyrio cum Paulo corona-  
tur, anno post passionem Domini. 38. qui sepultus est via  
Aurelia, in templo Apollinis, iuxta palatiū Neronianum,

*Petrus papa*

*Marcus filius Petri in ba-*

*Aet. 8.*

*Verba Petri  
ad Clemens-*

*in Va-*

SALMANTICAE  
EXCVDEBAT ANDREAS  
DE PORTONARIIS  
A N N O.

1549.

